



LECTORI S.

HISTORIA quam vides, formandarum
 concionum *ἱστορίας*, aliquot iam
 annis versata est inter Collegii Sa-
 pientiae alumnos, sacri ministerii cā-
 didatos; sed *ἀγνωστὸς* velut autore incerto pro-
 dita. Cum ergo ad manus quoque meas venisset,
 & videretur omnino *Vrsinianam* quandam
 dexteritatem resipere, putavi in lucem protra-
 hendam, & tecum, Lector beneuole, veluti
 quoddam additum huic Rhetoricae corollarium,
 aut honorarium *ἐπιμύσειον*, communicandam;
 praesertim cum seruire possit ei, qua priori libro
 tradita est, methodo tum confirmanda, tum
 illustranda. Eruere, & Vale.

L 4

